

1791

C O D I C E S

1792

CCCCLIV.

98 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVI. Folior. 107. f. est *Pars III. Adversariorum Job. Fabri* in caussa Religionis, eadem Donationis formula excusa et calamo exarata, instructa, ut praecedentes duae, continetque I. *Responsonem latinam Protestantibus datam 2. Aug. 1530.* quae habetur *Coelestini Hist. Comitior. T. III. p. 1.* Deest tamen in *Cod. nostro* Praeloquium et statim ab *Articulo I.* incipitur: *Imprimis cum articulo primo confiteantur &c.*

II. continet a *fol. 49.* eandem *Responsonem in vernacula.* Atque hic adest et *Praeloquium,* quod sic orditur: *Die Römische kayserliche Mt. vnser aller genedigister herr. Alls sy verruckter tagen von den churfursten von sachsen &c.* Partem hanc ex *Fabri* mandato subscripsit *Christoph. Seyfrid.*

CCCCLV.

99 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 150. f. est *Pars IV. Adversariorum Job. Fabri* in caussa Religionis iisdem formulis a *Wenc. Ceditzer* subscriptis instructa, continetque I. *Sententias Ulrichi Zwinglii* ex variis ejus *Scriptis* excerptas, quibus *Faber* ad informanda sua contra illum *Opuscula* deinceps usus fuisse videtur.

III. et quidem a *fol. 95.* *Chronicon Bohemiae* ab anno

MCCCXLVIII. ad finem anni MCCCCXXI. pertingens, *Job. Husso* favens et turbas Religionis ergo coortas praecipue enarrans, insertis etiam compluribus *Documentis* lingua gentis conceptis. Orditur vero illud hoc modo: *Anno domini M. CCC. XLVIII^o. Karolus Imperator fundavit in Praga Studium Vniuersale in Theologia, Jure Canonico, Medicina et in artibus. Cuius locus primo fuit in domo contigua cimiterio S. Francisci &c.* Desinit autem imperfectum: *Et cum Zizka cum suis prope Zlutz ad montem dictum Wladarz perueniret, et cum curribus et equitibus ascenderet, se cum suis coniungens curribus — —.* A 26. Junii 1420. usque ad finem *Diarii Belli Hussitici Laurentii Byzynii,* melius *Brzezinae,* quod mancum *J. P. Ludewig T. VI. Reliq. Mss.* ad p. 124. inferuit, eadem paene, quae *Chronici* nostri, verba legas, ut adeo *Brzezinae Chronicon* ab alio in principio auctum interpolatumque credamus. De eo *Cl. Raph. Ungar* in *not. ad Bob. Balbini Bob. doct.* p. 233.

CCCCLVI.

Codex chartaceus lat. germ. 100 Sec. XVI. Folior. 120. f. est *Pars V. Adversariorum Job. Fabri* in caussa Religionis, donata, ut praecedentes, *Collegio D. Nicolai* praeter formulam impressam id manu etiam adtestante *Gregorio Ruch.* Habetur hic *fol. I.* *Confutatio*